Ęternus. na. nū. dꝛ ab ętas. ſ. qd̄ caret ꝑncipio ⁊ carebit fine. ſ. qd̄ non habuit principium ſuę eſſentię. nec habebit finem q̄liſ eſt ſolus deus. Jn̄ ęterne adū. Et vt dicit Boetius in. v. li. de ꝯſolatiōe. Ęternitaſ ē interminabilis vitę tota ſiml̄ ⁊ ꝑfecta poſſeſſio. Et nō q̄ ęternum eſt qd̄ caret principio ⁊ fine. Perpetuum qd̄ in tpe incipit eē ⁊ caret fine. Sempiternū eſt qd̄ cū tpe incipit eſſe ⁊ in tpe deſinit eſſe. Tempale ē qd̄ in tpe incipit eſſe ⁊ in tpe deſinit eſſe. Sol⁹ q̄ deus ętern⁹ eſt. Angeli ⁊ aie ꝑpetuę ſūt. Mundus ⁊ tps ſempit͛na. Tēpalia ſunt hoies ⁊ hoim facta. Jtē ab ętern⁹ h̄ ⁊ hęc ęternalis. ⁊ h̄ le. Jn̄ ęternalitas. tatis. Et ęternaliter aduer.

Ęther. ter͛. m. t. eſt ſupius elementū. ſ. igniſ ⁊ eſt nomē grecū. Jnde ęthere⁹. a. ū. ⁊ hęc ęthra. ęthrę. i. ſplēdor ętheris Vn̄ illud in hymno. Quē terra pont⁹ ęthra colūt adorant ꝑdicant. Quidā tn̄ legunt ibi ęthera. ita q̄ ſit nti caſus. dicim⁹ ei ętherē vl̄ ęthera. Jn̄ hęc ęthera ęthere. ſꝫ ęthra ſm̄ Huguī. debꝫ dici. Cois tn̄ eccl̄ę vſus dic̄ ęthera. Jtē ęther dꝛ ſupior ps aeris.

Eteroclitum dꝛ dictionū irregularium contra regulas artis grāmaticę variatio. Vel eſt ſig̃ti vl̄ ꝯſig̃ti in vna ⁊ eadē pte orōnis variatio. ⁊ dꝛ ab eteron qd̄ eſt variū et cliſis declinatio. Etiā eteroclitum eſt diuerſitas viaꝝ. Jtē eterocliſis ē varia declinatō q̄ habet fieri q̄ttuor modis. genere vt cęlū. li. in ſingulari. Jn pl̄ali vo hi cęli loꝝ. Cōpatione. vt bonus. melior. optim⁹. Declinatiōe. vt vas qd̄ in ſingulari eſt tertię declinationis ⁊ in pl̄ali ſecundę. Sēſu ſiue ſignificatiōe. vt ops opis in ſingulari ꝓ auxilio. Jn pl̄ali. ſ. opes ꝓ diuitijs.

Eterogeneus. nea. neū. pe. cor. i. diuerſarū

naturaꝝ. ⁊ ꝺƺ ab eteros vel eteron. qꝺ eſt
ꝺiuiſum. ⁊ gen⁹ qꝺ eſt natura. vt pƺ in ho=
mie q̇ eſt tot⁹ eterogene⁹. i. ꝺiuiſaꝝ natura
rum. Hoc etiā patet in ꝑtibus organicl. vt
in manu vel in pede. qꝛ manus ⁊ pes con=
ſtat ex reb⁹ ꝺiuerſaꝝ naturaꝝ. puta ex pel
le. carne. neruis. oſſibus. ⁊ venis. Sƺ alit̃
eſt in homogeneis. qꝛ ī homogeneis totū
⁊ ꝑs ſunt vni⁹ naturę. ſicut frumentū. piꝑ
vinū. argentū. caro ⁊ oſſa. qꝛ q̄libƺ ꝑs fru=
menti frumentū eſt. ⁊ ſic ꝺe alijs. Et ꝺƺ ho
mogeniū ab homos qꝺ eſt vnū. ⁊ gen⁹ na=
tura. quaſi vnius naturę.

Ethicus. a. ū. pe. cor. i morał. ⁊ ꝺƺ ab ethos
qꝺ eſt mos. Jn̄ ethica. cę. i. moralitas vel
ſcia q̄ tractat ꝺe moribus. Et ethic⁹. a. ū. i.
ꝓꝑum ſm Hugl. Jtē vt ꝺicit Pap̄. Ethi
ca gen⁹ febris eſt. cui⁹ tres ſunt ſpēs. ꝑma
ſecūda ⁊ tertia. ⁊ habet eſſe in mēbris. De
ꝑma leuiter liberat̃ aliq̇s. ꝺe ſecūda vix. ꝺ
tertia nunq̄ꝫ.

Etymologia eſt expoſitio vni⁹ vocabuli ꝑ
aliud vocabulū. ſiue vnū ſiue pła magl no
tum vel magis nota in eaꝺem lingua vł ꝺi
uerſis ſm reꝝ ꝓꝑetatem vel lr̄aꝝ ſimilitu=
ꝺinem. vt lapis q̄ſi leꝺēs peꝺē. piger. qua
ſi peꝺib⁹ eger. ⁊ ꝺƺ ab etymos vel etymon
grece qꝺ eſt verum latine. ⁊ logos ſermo.
Jn̄ etymologicus. a. ū. i. figuratiu⁹. vł qꝺ
ꝑtinet ad etymologiā. vł q̇ etymologiçat.
Jtem etymologia eſt vna ſpēs ḡmatice ſci
entię ꝺocēs ꝺe ſiḡtis vel ꝯſiḡtis ꝺictionū.
quaꝝ ſunt q̄ttuor. ſ. ortographia. etymolo
gia. ꝺiaſinthectica. ⁊ ꝓſoꝺia

Ethiopeia. peię. f. p. i. ꝯfirmatō moꝝ. i qua
hois ꝑſonā fingim⁹ ꝓ exꝑmēꝺis effectib⁹
ętatis. ſtuꝺij. fortituꝺinis. lęticię. ſenſus.
męrorl. auꝺacię. ⁊ ꝺƺ ab ethos qꝺ eſt mos
⁊ poio. pois. i. fingo. gl. ſm Hugl. Papi.
ꝺicit. Ethiopeia eſt cū ſmonem ex alicꝰa ꝑ
ſona inducimus. vt cū fingim⁹ ꝑſonā mu=
lieris vel vocem.

Ethiops ꝑ ps ſcribit̃. ⁊ cor̃. pe. tam in ntō
q̄ꝫ in obliq̇s. Et ęthiopes ꝺicti ſunt a filio
Cham q̇ vocutus eſt Chus. a q̇ originem
traxerunt. Chus em̄ hebraica lingua ęthi
ops interꝑtat̃. Jn̄ ęthiopia. pię. f. p. qꝺ in
terꝑtat̃ tenebrę. Jn̄ ęthiopic⁹. a. ū. ⁊ ethio
pius. a. ū. ambo gentilia.

Ethos grece. latine ꝺƺ mos

Etna. nę. eſt mons ſicilię ex igne ⁊ ſulphure
ꝺictus.

Ethnicus. ca. cū. pe. cor. i. gentilis.

Ethnos grece. latine ꝺƺ gens.

Ethronus. na. nū. pe. cor̃. q̇ nullū hƺ thro=
num. ſ. qui nullā ꝑtem regni hƺ. ⁊ ꝺƺ ab e.
⁊ thronus. q̄ſi extra ꝺonum.

## E ante V

Eu grece latine bonū ꝺƺ. Vel ſm Pap̄. Eu
vox reſpondentis. Eus ꝟo aduerbiuƺ eſt
vocantis.

Eua interꝑtat̃ vita. ſiue calamitas. ſiue vę
Vita. qꝛ origo fuit naſcendi. Calamitas ⁊
vę. qꝛ ꝓpter ꝑuaricationē cā extitit moriē=
ꝺi. A caꝺēꝺo em̄ nomē ſumpſit calamitas
q̄ſi caꝺamitas.

Euan. tis. m. t. i. bacchus. ꝺictus ſic a voce
ſacrificantiū ꝓclamātiū euoe. Vł ꝺƺ ab eu
qꝺ eſt bonū. q̄ſi bonus ꝺeus.

Euangeliū. bona annūciatio iterꝑtat̃. Grę
ci em̄ eu bonū. latine angel⁹ nuncius inter
ꝑtat̃ ſm Pap̄. Hugl. aūt ꝺicit ꝙ angelus
ꝺƺ ab agios qꝺ eſt ſanct⁹. inde h̄ euāgeliuƺ
iꝺ ē annunciatio. qꝺ cōponit̃ ab eu qꝺ eſt
bonū. v. vocali ꝯuerſa in ꝯſonantem. ⁊ fit
euangeliū. i. bonū nunciū Jn̄ h̄ euāgeliſta
ſtę. q̇ euangeliū cōpoſuit.

Eucharis. ris. vel chariꝺis. i. hō bn̄ gratio
ſus. ⁊ cor. cha. Vn̄ Eccl. vj. Et lingua eu=
charis in bono hoie abunꝺabit.

Euchariſtia. ſtię. i. bona gratia vel ḡtiaruƺ
actio. ⁊ ꝺƺ ab eu qꝺ eſt bonū. ⁊ charis gr̄a.
Vel euchariſtia ꝺƺ ſacr̄m panis ⁊ calicl. ſ.
ſacrificiū corporis ⁊ ſanguinis chriſti.

Euchius. chij. i. bacchus. ⁊ ꝺƺ ab eu qꝺ eſt
bonū. ⁊ chios fili⁹. q̄ſi bonus fili⁹. q̇ nomie
eū Jupiter nominauit. cū gigantē int̃fecit

Euꝺoxia. xię. f. p. i. bona gł̄a. claritas.

Euꝺulia. lię. f. p. i. bonū ſuitiū. ⁊ ꝺƺ ab eu.
qꝺ eſt bonū ⁊ ꝺulia. qꝺ eſt ſuitus.

Euentus. us. ui. i. caſus. finis. ꝑncipiū Vn̄
Ouiꝺ. Exit⁹ acta ꝓbat careat ſucceſſibus
octo. Quiſq̇s ab euentu facta notāda pu=
tat. De ꝑꝺictis tribus ſiḡtionib⁹ ꝺic̃ q̇daƺ
Euentus ꝺic ꝑncipiū. finem q̄ꝫ caſum

Euęus filius Chanaan. a q̇ ꝺicti ſunt Euęi
Jpi ſunt ⁊ gabaonitę ꝺe ciuitate gabaon.
q̇ ſupplices venerunt ad Joſue.

Eufemia. mię. i. bona fortuna. ab eu qꝺ eſt
bonū. Jn̄ q̄ꝺam ꝟgo ꝺicta eſt eufemia. q̄ſi
bn̄ fortunata

Eufortuniū. nij. i. bonū fortuniū. ⁊ ꝺƺ ab eu
qꝺ eſt bonū ⁊ fortuniū.

Eup hrates huius euphratis. vł euphrate
maſ. ge. ⁊ h̄ euphrate hui⁹ euphrates. eſt
fluuius meſopotamię ꝺe paraꝺiſo exiens
copioſiſſimus gemmis, qui per meꝺiam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

babyloniã influit. h ab vbertate nomen ac
cepit. Nã hebraice euphrata fertilitas inť
ꝑtatur. Meſopotamiã in q̄buſdam locis
ita irrigat ſicut nilꝰ alexandriã. ⁊ ꝓdu. pe.
Vñ Lucanꝰ. Tigris ⁊ euphrates vno ſe
fonte reſoluunt. Item Auroꝛa. Frugifer
euphrates natat h ꝙ plurima ꝓfert.
Euphrateus. tea. teũ. dꝛ ab Euphrates flu
uio. ſed effrateus ꝑ duo f ab effrata venit.
Euphauia eſt pulcra locutõ. vt meridies ꝓ
medidies. Et ẜm quoſdam fit dupliciter.
Vel qñ lr̃a tranſponiť. vt nobiſcũ pꝛo cuz
nob. Vel ſcribiť ⁊ non ꝓferť. vt Circũeo.
Circũamicto. ꝓpť malã ꝯſonoꝛoſitatez. et
dꝛ ab eu qđ eſt bonũ. ⁊ phonos ſonꝰ. quaſi
bo na ſonoꝛitas vel bonꝰ ſonꝰ. Iñ eupho=
nicus. a. ũ. i. bene ſonans. Et excuſat cace=
phaton ẜm doctrinale. Vñ. Cum reticeſ
q̄ turpe ſonant euphonia habeť.
Eugenes. pe. coꝛ. greci dicũt. qđ nos inge=
nuos vel nobiles. i. boni generꝭ dicimus.
Euictio ẜm Aço. in ſũ. ſic diffiniť. Euictio
eſt rei empte vľ ex alia iuſta cauſa accepta
ꝑ ſn̄iam iudicis abductio vel vt petat alio
euincēte omiſſio. Nec em̄ ſꝑ eſt neceſſariũ
rem abduci vt videť euicta. vt. ff. de euic.
. §. j.
Euidens. tis. oīs. ge. i. clarus vel aptꝰ. Iñ
hec euidentia. tie. i. aptio vel claritas. Et
cõpōiť cũ in. ⁊ dꝛ ineuidēs oīs. ge. i. obſcu
rus vľ inaptꝰ. Iñ incuidētia. tie. i. obſcuri
Euilath filiꝰ Chus. a q̄ getuli. i. mauri (tas
Item euilath dꝛ ꝓpꝛium terre
Euitatus. a. ũ. i. valde vitatus vľ euidēter
vitatus. ⁊ dꝛ ab euito. tas. Vľ pōt compo
ni ab e. ⁊ vita. ⁊ tũc euitatus. i. vita ꝓuatꝰ.
Vñ dicit Pap̄. Euitatus. i. vita priuatꝰ.
id eſt ꝑterritus.
Eulogiũ. gij. n. s. i. ſapia. vľ bona fama vel
teſtimoniũ. vel cantus. Itē eulogia dicun
tur laudes electe ⁊ ſummatim collecte. vt
ſi q̄s in imagine alicuiꝰ laudes ſcribat eu=
logia dicũť. Itē eulogia. gie. f. g. dꝛ ab eu
qđ eſt bonũ ⁊ logos. ⁊ ſunt eulogie benedi
ctiones. ſalutationes ⁊ bone donationes.
Vñ in decretꝭ. xvj. di. de eulogijs ad ſacra
ꝯcilia ꝯſtitutis. Iñ eulogicus. a. ũ. ⁊ eulo
gius. gia. giũ. i. bn̄dictus.
Eumenis. dis. f. g. furia infernaľ. quaſi i bo
no deficiēs. ⁊ dꝛ ab eu qđ eſt bonũ. ⁊ mene
defectus. ⁊ coꝛ. pe. Unde Grecismus. Eu
menides qꝛ deficiũt bonitate vocanť.
Eunuchus. chi. m. g. grecũ eſt. i. ſpado. Et
eunuchia. chie. i. facies. Sz eunuchie. aꝝ.
ſunt delicie.
Euocatio eſt dictionũ diuerſaꝝ intrãſitiua
adiunctio. ita ꝙ vna trahať ad im ꝓꝑeta=
tem alterius. vt ego Petrus lego.
Euphemiſmos eſt bona v̄bi ꝓ v̄bo muta=
tio. vt Exultabit lingua mea iuſticiã tuaz.
id ē exultando ꝓnunciabit. ⁊ dꝛ ab eu qđ ē
bonũ. ⁊ phemiſmos qđ eſt mutatio q̄i bõa
mutatio. Vñ. Euphemiſmos erit ꝓ v̄bo
ponere v̄bum. Exultat dñi vocem lingua
mea ſupni.
Eupolis. f. t. pe. coꝛ. latine eupoleos grece
id ē bona ciuitas. ⁊ dꝛ ab eu qđ eſt bonum.
⁊ polis ciuitas.
Euprepia. pie. i. pulcritudo. decoꝛ.
Euripus. pi. m. s. i. maris eſtuatio vľ locuſ
in mari ꝑiculoſus. ⁊ dꝛ ab eu qđ eſt bonuz
⁊ ripa. quaſi bona ripa. ꝑ ꝯtrarium. Vnđ
Boetius. Eſtuantis moꝛe ferť euripi. ẜm
Hugꝭ. Pap̄. dicit. Euripꝰ eſt reductio ma
ris vel aquaꝝ. qđ fit ẜm crementũ vel de=
crementũ lune.
Euroauſter. ſtri. eſt vētꝰ collateraľ. ⁊ dꝛ ab
euro ⁊ auſter. qꝛ eſt inť eurum ⁊ auſtrum.
Inueniť etiã euroaq̄lo.
Europa fuit filia Agenoꝛis regꝭ libye quaz
Iupiť ab africa raptã. cretam aduexit. et
ab ea tertiã ꝑtem mũdi europam vocauit.
Iñ europicus. ca. cũ. ⁊ europius. pia. piũ
Et nõ ꝙ ſunt tres ꝑtes mũdi. ſ. europa. li=
bya. ⁊ aſia. De q̄bus Lucanus in. vj. Eu=
ropam miſeri libyã aſiamq̄ʒ timere.
Eurus. ri. m. s. eſt ventꝰ flans ab oꝛiente. ⁊
dꝛ ab eos. eoi. quaſi ab eoo ruens.
Euſebia. bie. i. pietas. Iñ euſebius. i. pius.
⁊ cõponiť ab eu qđ eſt bonũ. ⁊ ſebes quod
eſt pietas. q̄ſi bõa pietas. Hinc etiã grece
Ciconia dꝛ euſebes. i. bone pietatis auis.
Ferť em̄ ꝙ ſicut aliť a parentibꝰ dũ parua
eſt. ita poſtmodũ ſenes parentes alat
Euſtochium. f. s. i. bñ foꝛtunata. ⁊ dꝛ ab eu
qđ eſt bonũ. ⁊ tuchis qđ interꝑ̄tať foꝛtũa.
Euticiani q̄dã heretici dicti ab Eutice con=
ſtantinopolitano abbate. q̄ chriſtum poſt
humanã aſſumptionez negauit exiſtere in
duabꝰ naturis. ſed ſolam diuinã aſſeruit i
eo eſſe naturam.
Euũ. n. s. i. ſeculũ vel tꝑs vel ſpaciuz qđ cũ
mundo cepit eſſe. ⁊ dꝛ ab h infinitiuo eſſe.
Euũ etiã eſt ꝑ̄ſentarius ſtatꝰ oīm ſunt ⁊ fu
erunt ⁊ futura ſunt. i. in cuius ꝑ̄ſentia ſunt
oīa ꝑ̄terita ⁊ futura tanq̄ʒ ꝑ̄ſentia. Iñ eui=
ternus. na. num. ⁊ euitaneus. a. ũ. i. ꝑdura
bilis in euo.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# E ante X

Exactio.onis.f.t.i.iniuſta petitio.

Exactor.oris.i.iniuſtus petitor.

Exactus.a.ū.i.pfectus.pq̄ſit⁹.delectabil'.

Exallage eſt mutatio qñ ꝓ numero pl'i ſingularis ponit̃.

Examen.inis.i.filū mediū quo trutina ⁊ ſtatera regit̃ ⁊ lances equant̃. Uñ ⁊ in lāceis amentū dr. Uel examen dr lingula q̄ in foramine trutinę vtit̃ huc ⁊ illuc. ſm quam conſiderat̃ equalitas ponderator. Unde ⁊ examen dr iudiciū.diſcretio.pbatio.inq̄ſitio. Examen etiā dr apum ꝯgregatio. ⁊ p tranſlationem hoim.

Exanguis.ꝯ.t.⁊ h gue.i.extra ſanguinem. vel pallidus. ⁊ dr ab ex ⁊ ſanguis.

Examinatus.a.ū.i.debilitatus.perterrefactus.ꝯſternatus.

Excedra.drę.ab hydor vl' hydro quod eſt aqua.dr h hydrus vel hydra ſpens aquaticus. De hydra legit̃ q fuit Draco mlto rum capitū.q̄lis fuit in leerna palude ꝓuincię archadię Hęc latine excedra dr q: vno ceſo tria capita excreſcebāt. Sed h fabuloſum eſt. Nam ꝯſtat hydram locū fuiſſe vomentem aq̄s vaſtantes ciuitatē vicinam. in quo vno meatu clauſo mlti erūpebant. Qd hercules videns loca illa cōbuſſit. et ſic aquę meat⁹ clauſit vnde ⁊ hydrā dr int̃feciſſe. Et nō q in aliq̄bus libris ſcribitur excedra p d. ⁊ tunc eſt etymo.excedra. qd excelſa hydra. In aliquibus p t.excetra. quaſi excelſa tria. Et iſta lr̃a cōmunior eſt. ⁊ hz mediā naturalit̃ ꝓductā. Excetrę aūt cōpat Hieronymus emulū ſuū ꝓpt detractionis ſibiluz. vel forte q: qñ auferr̃ vna via detrahendi.inuenit detractor aliā viā vel pl'es. Unde in ꝓlogo Eſdrę dr. Itaqꝫ licet excetra ſibilet victorqꝫ Sinon incendia iactet Sinon autem fuit q̄dam ꝓditor cuius inſidijs capta fuit Troia Et ideo dr victor cui compat Hieronymus ęmulum ſuum detractionis incendia iacientem.

Excelſus.a.ū.i.alt⁹ vel ſublimis. Iñ excelſitudo.inis.i.altitudo.ſublimitas.

Exceptio eſt rei defenſio p quaz ſe defendit ⁊ tuet̃ ab actore. Et ſm Aço.in ſū.C.e.ti. qñqꝫ ponit̃ large ⁊ improp̄e ꝓ omni defenſione ꝓut reo competit. etiaz ſi nulla actori cōpetit actio. Et tunc q̄dam vocant eaz exceptionem facti. vt qñ ſine actione quis calūnio ſe ponit

Exceptio dilatoria eſt quę cauſaz differt. vt Inſti.e.§.appellant̃.

Exceptio peremptoria ſm ſpe. vocat̃ ſic.q: actionē vel intentionem agentis pimit.

Exceptio ppetua eſt q̄ ppetuū hz effectum. vt cum petis a me debituz.excipio q tu remiſiſti mihi. Hęc exceptio ppetua dici poteſt. ⁊ ppetuo competit qñcūqꝫ actor agit. q: exceptio nō competit niſi q̄s agat.ff. de excep.l.exceptio.

Exceptio tpalis eſt q̄ ad tps vtilis eſt. vt cū petis debitū. excipio q feciſti pactū mecū de nō petendo. Hęc exceptio vſqꝫ ad annū vtilis eſt.poſtea xo non.de q̄ de reſcrip.c. plerūqꝫ.

Exceptio anormala eſt q̄ no ſequit̃ normaz aliaꝝ. q: pōt opponi an litis ꝯteſta. ⁊ poſt ⁊ infra litis ꝯteſta. vt exceptio excōicationis ⁊ alię.ſ de quibus dubitatur an ſint ppetuę an temporales. vt exceptio mr̃imonij ⁊ exceptio non numeratę pecunię. ⁊ nō numeratę dotis. vt no. Inſti. de excep.§. appellant̃.

Exceptio rei iudicatę non pōt opponi. quādo fit ſup eadē re ⁊ qñ eſt ex eadez cā ⁊ eadem pſona.

Exceptorius.a ū.dr ab excipio.pis. Exceptoria ſunt q̄ excipiunt̃ vel debent excipi.

Excidium.cidij.i.deſtructio vel euerſio vl' caſus. Inde excidioſus.a.ū.i.excidio plenus.

Exciduus.dua.duū.qd facile cadit.

Excipulū.li.i.venabulū. ⁊ dr ab excipio.is eo q accipiat aprum venientē.

Excipuus.a.ū.i.pcipuus ⁊ melior. ⁊ dr ab excipio.pis.q: meliora ſolēt excipi ⁊ eligi. quaſi extra alia

Exclamatio eſt cuz frequent̃ clamat̃. vt O q̄tis.o q̄bus.o q̄libus es viduata.

Excluſor.oris.q̄ ⁊ excluſarius dr.i. ianitor q̄ foras excludit hoies.

Excolens.entis.ois.ge.q̄ excolit vel pur⁹ et delicioſe ⁊ diligent̃ pat⁹. ⁊ tūc compat̃.excolēs.tior.tiſſim⁹. Uñ Joannes Caſſian⁹ dic̃. Excolentiores cibi aię nō adimūt puritatem.ſi cū moderamine ſumant̃.

Excolit⁹.ta.tū.i.bñ cultus ⁊ diligent̃

Excōicatō.f.t.eſt extra cōionē eccl'ę ſepatō vl' cēſura eccl'aſtica excludēs a coione fidelium.xj.q.iij.c.nihil.⁊.§.euident̃. Uel eſt eternę mortis dānatio.xj.q.iij.nemo epo rum.⁊.c.nullā. Et excōmunicationis duę ſunt ſpēs q̄ frequent̃ vſitant̃.de quib⁹.iij. q.iiij. Engeldrudā. Una q̄ maior eſt. et dr anathema. ⁊ excludit ab ingreſſu eccleſię.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ a cōione fideliū ⁊ a ſacramentis. Alia mi
noꝛ. q̄ ſolū ſepat a ſacramentoꝝ pceptiōe.
de qua in. c. Si celebꝛat. de celc. miſſa. ex
noſtris.
Exconſul eſt ꝙ deſijt eſſe conſul.
Excoꝛs. coꝛdis. oīs. ge. i. iers. fatuꝰ. iſipiēs
⁊ dꝛ ab ex ⁊ coꝛ. q̄ſi extra coꝛ. Et in eodem
ſenſu ex e. ⁊ coꝛ dꝛ ecoꝛs. dis. ge. oīs. quaſi
ſine coꝛde. Vn̄ Oꝛatius in epi. Sub domi
na meretrice fuiſſet turpis ⁊ excoꝛs
Excrementū eſt qꝺ ſuperexcreſcit. vt in arbo
ribus qꝺ putaꝶ. ſeu qꝺ expuimus
Excubię. aꝝ. i. vigilię. cuſtodię. inſidię.
Excuſatio eſt alicuius iuſtę cauſę allegatio
in defenſionem vel ſuppoꝛtationē alicuiꝰ.
ne cogaꝶ cōparere in iudicio. de ꝗ i lege. ij
ff. ſi ꝗs cautionibus.
Excuſatoꝛ ſm Aço. eſt ꝙ venit ad ꝓponen-
dum cauſas abſentię alicuiꝰ ꝙ non poterat
ſimul ratione ſui vel cauſę ꝓcuratoꝛē con
ſtituere. vt in cauſis criminalibꝰ. in quibꝰ
licet ꝓcuratoꝛ nō interueniat. tn̄ allegatis
cauſiſ abſentię bn̄ admittiꝶ. vt in. l. abſens
ff. de ꝓcura. vel vocatus erat vt ꝑſonaliꝶ
cōpareret
Executoꝛ ſm ſpe. eſt officialꝭ ꝑ quē litis exe
cutio vel ipſius cauſę ꝑparatio iubēte iudi
ce ſuo expediꝶ. Vel ſm Aço. ꝓpꝛie eſt ille ꝙ
diſcuſſam cauſam ⁊ ſententiam executioni
mandat. qui etiam in iure vocatur appari
toꝛ.
Execratio. onis. fę. t. i. maledictio vel dete-
ſtatio. Jn̄ execrabilꝭ. i. deteſtabilis
Execratus. a. ū. i. maledictus vel excōicatꝰ
Exedra. drę. i. cathedra. thronꝰ. ſedeſ. ſella
ſuggeſtus. Vel exedra eſt camera ſecreta.
vꝉ locꝰ theſauri. vel locꝰ ſubſellioꝝ. i. abſi-
da. vꝉ camera vꝉ locꝰ q̄dā ſeparꝰ modicū a
ꝑtoꝛio vel a pallatio. Vꝉ exedra genus eſt
feneſtrę q̄ exterius dilataꝶ. ſed interius co
artaꝶ. Jtem inueniꝶ exedra ꝓ gaçophyla-
tio ⁊ etiam ꝓ thalamo.
Exemplū. pli. dꝛ ab amplus. pla. pluꝫ. ⁊ dꝛ
illud qꝺ fit. Jn̄ exemplar. arꝭ ad cuius ſiꝉi
tudinē fit Vn̄ q̄dam. Exemplar genus eſt
exemplū quo trahis inde. Vꝉ exemplar li
ber eſt. exemplū qꝺ trahis inde. Et eſt exē
plum alicuiꝰ dicti vel facti ꝑtiti ꝓpoſitio.
cū certi autoꝛis noīe. vt Oēs ꝓ ſupna pa-
tria laboꝛare debemus ſic̄ fecit apl̄s. ꝙ tot
ꝟbera paſſus eſt. Jtem exemplū eſt q̄dam
ſpecies argumentationis. ⁊ ſm h̄ exēpluꝫ
eſt qn̄ fit ꝓceſſus ab vno ꝑticulari ad aliꝺ.
vt athenienſes pugnare cōtra thebanos ē
malum. ergo thebanos pugnare cōtra fo-
cenſes eſt malum.
Exemplaris dꝛ illa ſubſtitutio q̄ fit filio fu-
rioſo ſeu mente capto in euētu moꝛtꝭ i furo
re ſeu non ſana mente.
Exemptus. ta. tū. i. ſubtractus. ſublatꝰ. ex-
tractus. ⁊ dꝛ ab eximo. mis. q̄ſi ex aliꝙ em-
ptus. i. tractus.
Exemptus dꝛ iſte ꝙ a ſuo iudice ſiue iuriſdi
ctioue oꝛdinarij ſubductus eſt.
Exemptio ꝓpꝛie eſt vbi aliꝙ ꝯuentualꝭ ecclꝭia
canonicoꝝ ſeculariū vel regulariū mona-
choꝝ vel monialiū immediate ſubeſt papę
Et eſt duplex. ſ. vniuerſalꝭ ⁊ particularis.
Vniuerſalꝭ eſt q̄ cum vniuerſitate iurꝭ ſpe-
ctat ad papā. ita ꝙ metropolitano aut dio
ceſano nihil iuris maneat in eadem. Par-
ticularis eſt q̄ pꝛo parte in certis caſibꝰ ab
eoꝝ iuriſdictione eximiꝶ. ⁊ alias ꝑtinet ad
eoſdem.
Exenium. nij. n. s. munꝰ paruū. ⁊ qꝺcunqꝫ
munus mittiꝶ alicui. ⁊ dꝛ ab exenos qꝺ eſt
ꝑegrinū ſm Hugꝭ. Pap̄. dic̄. Exenia pre-
mia. dona. munera. bn̄ficia. Vnꝺ Eccꝭ. ij.
Exenia ⁊ dona excecant oculos iudicum.
Exenſis. ſis. ꝯ. t. ⁊ h̄ ſe. i. extra ſenſum. ⁊ dꝛ
ab ex ⁊ ſenſus.
Exentera dicunꝶ inteſtina. q̄ ſic dicunꝶ q̄ſi
exintera.
Exequię. aꝝ. plꝛis numeri. f. p. i. officiū moꝛ
tuoꝝ. ⁊ obſequia q̄ fiunt circa ſepulturam
Jn̄ h̄ ⁊ hęc exequialꝭ. ⁊ h̄ le. i. ad exequias
ꝑtinens. vel res exequiaꝝ.
Exercitoꝛ dꝛ is ad quē quotidianus queſtꝰ
⁊ vtilitas nauis ꝑtinet. Magiſter ꝟo na-
uis dꝛ cui tota nauis ⁊ ancoꝛa cōmiſſa eſt.
Exercitus. us. ui. i. collectio hominū in ex-
peditione.
Exermis. ꝯ. t. ⁊ h̄ me. i. extra arma. ⁊ exer-
mus. ma. mū. idem.
Exeſus. a. ū. i. coꝛroſus. extra vꝉ valꝺ eſus
cōſumptus. euacuatus.
Exhauſtus. ſta. ſtū. i. cōſumptꝰ. euacuatus
extenuatus.
Exhebenus. ni. f. s. q̄dā gēma ꝑcioſa ⁊ can
dida. qua aurifices auꝝ poliūt.
Exhęredatio eſt alicuiꝰ a ſua ſuba vꝉ here/
ditate excluſio. ⁊ alteriꝰ ſeu alieni inſtitu-
tio. veluti cuꝫ parentes exhęredant filios.
⁊ ſcribunt alienos hęredes in teſtamento.
Jta accipiꝶ Jnſti. de exhęre. liber.
Exitiū. tij. n. s. i. toꝛmentū vꝉ moꝛs. clades.
calamitas. caſus aduerſus. exitus malus.
Jnde exitioſus. a. ū. ⁊ h̄ ⁊ hęc exitialis. et

ꝫ le.i.piculoſum. vel qꝺ infert exitiū. Inꝺ ⁊ exitiolū.li.ꝺimi.i.paruū exitium.

Exiguus.gua.guū.i.paruꝰ. ⁊ dꝛ ab exigo. qꝺ eſt ꝺiuido.qꝺ eñ exiguū eſt alteriꝰ eget ſuffragio.ſm Hugui. Papias dicit. Exiguus.imbecillis infirmus. multum egens paruus.

Exilis.lis.ꝯ.t.⁊ ꝫ le.i.tenuis ⁊ macer. ⁊ dꝛ ab ex ⁊ hilus. vel exilis. quaſi ſine ilibus. Nō eñ exilis videt̃ haberi ilia. vel exil' dꝛ ab exeo.qꝛ poſſit q̄ſi ꝑ anguſtū exire. Inꝺ hec exilitas.tatis.i.tenuitas. Et ꝓdu.pe. exilis. ⁊ viꝺꝛ eſſe aſpirandū qñ cōponitur ab hilus.alias nō. Uñ Oratius in epi. Exilis domꝰ eſt vbi nō multa ſupſunt.

Exiliū.lij.i.ꝑegrinatio vel ꝺamnatō.q̄ſi extra ſolium eiectō.

Eximius.i.maximꝰ.ꝓclarꝰ. nobil'. ſblimis. ⁊ dꝛ ab ex. ⁊ imus.q̄ſi extra imum poſitus Et hꝫ vim ſuplatiui. vñ ꝯſtruit̃ cū gtō pl'i vt Dauid eximius ꝓphetaꝝ. Ul' dꝛ ab ex qꝺ eſt valde ⁊ eminēs.quaſi valde eminēs Inde eximietas.tatꝭ.i.ſublimitas. magnitudo.nobilitas.claritas.

Exitus.tus.tui.pl'a ſigt. Nā exitus.i. finis Uñ Ouiꝺ.epi. Exitꝰ acta ꝓbat caret ſucceſſibus opto. Quiſq̄s ab euētu facta notanda putat. Item exitus.i.moꝛs. Itē exitus.i.egreſſus. Uñ ꝓpheta. In exitu iſrl' de egypto.

Exlex.exlegꝭ.oīs.ge.i.ſine lege.extra lege. ⁊ dꝛ ab ex ⁊ lex.

Exodiū.dij.i.ꝑmꝰ cantꝰ.initiū cantilene.et dꝛ ab ex ⁊ oda qꝺ eſt cantꝰ. Iñ ꝫ ⁊ hec exodiarius.rij.i.ꝓcentoꝛ.q̄ cantū incipit ante alios. ⁊ exodiarius.ria.riū.i. ad exodium vel exodiariū ꝑtinens.

Exodꝰ. di.pe.coꝛꝛ. m.ſ.i.exitꝰ. ⁊ dꝛ ab ex ⁊ oda qꝺ eſt via.q̄ſi itus. viatio extra. Hic q̄dam liber dꝛ exodus. q̄ ꝯtinet exitum vel egreſſum populi iſrael de egypto.

Exoletus.a.ū.i.excretꝰ.nutritꝰ vel adultꝰ Uñ Plautus in empidico. Domi reliqui ꝟginē exoletā.i.grandē. ⁊ dꝛ ab ex et oleo les. Itē exoletꝰ.ta.tū.i.valde fetidꝰ. ⁊ tūc dꝛ ab ex ⁊ oletꝰ.i.fetidus. ⁊ eſt nomē.

Exomnis.ꝯ.t ⁊ ꝫ ne.i.extra ſomnum. ⁊ dꝛ ab ex ⁊ ſomnus.

Exomologeſis.f. g.grece.latine dꝛ cōfeſſio vel ꝓces ſiue ſit laudis. vt cū dꝛ Matth. xj. Confiteoꝛ tibi pr̄ celi ⁊ terre ⁊c̄. ſiue ſit peccatoꝝ. Et differt a letanijs.q̄ interꝓtantur rogationes.qꝛ exomologeſis pro ſola cōfeſſiōe peccatoꝝ agit̃. Letanie aūt ꝓpt̄ rogandū deū ⁊ impetrandū in aliq̄ malo miſericoꝛdiam eius fiunt.

Exoꝛabilis.ꝯ.t.⁊ ꝫ le. qꝺ facile pōt exoꝛari ſcꝫ concedere rogata. Inde exoꝛabilit̃ aduer. Et componit̃ inexoꝛabilis.i.non exoꝛabilis.

Exoꝛciſmus.mi.eſt increpatio vel ꝯiuratō aduſus diabolū. vt recedat. vt ē illꝺ zacharie.iij. Increpet in te dñs ſathan. Iñ hic ⁊ hec exoꝛciſta.ſte.i.cōiuratoꝛ vl' icrepatoꝛ. Inuocat eñ ſuꝑ cathecuminoſ. ⁊ ſuꝑ eos q̄ habent ſpūm immundū nomen domini noſtri Ieſu chriſti.adiurans ꝑ eum vt egrediatur ab eo.

Exoꝛdium.dij.n.ſ.i.inceptio. Itē exoꝛdiū dꝛ ꝑma pars oꝛonis in rhetoꝛica. Naꝫ ſm Iſiꝺ.in libꝛo etymo. Parteſ oꝛonis in rhetoꝛica arte ſunt quattuoꝛ.ſ.exoꝛdium. narratio.argumentatio. ⁊ ꝯcluſio. Haꝝ ꝑma auditoꝛis aīm ꝓuocat Secūda res geſtas applicat. Tertia fidem aſſertoꝛibus facit. Quarta finem totiꝰ oꝛonis cōplectit̃. Et vt dicit Pap̄. Exoꝛdium dꝛ ꝑncipiū oꝛonis.qꝺ oꝛatoꝛ in ſua cauſa facit in q̄ reddit auditoꝛes beniuolos dociles ⁊ attentos. Iñ exoꝛdiarius.ria.rium.i. ad exoꝛdium ꝑtinens. Et hic exoꝛdiarius.rij. q̄ incipit vel exoꝛdium facit.

Exoꝛia.rie.f.p.i.naſcētia. ⁊ dꝛ ab exoꝛioꝛ

Exoꝛs.oꝛtꝭ.ꝯ.t.i.extra ſoꝛtē. ⁊ abijcit̃ ſ.ꝓcedente x. Uñ Sapie.ij. Nemo nr̄m ſit exoꝛs luxurie nr̄e.i.alienus vel extra ſoꝛteꝫ

Exoꝛſus.a.ū.i.locutꝰ.inceptꝰ. ⁊ dꝛ ab exoꝛ

Exoſus.a.ū.i.valꝺ vl' ꝑfecte odiens. (dioꝛ ⁊ ꝯſtruit̃ cū actō. vt exoſus bella.i. odiēs valde. Et ſm Pap̄. Exoſus eſt q̄ aliqueꝫ odit. Odioſus ꝟo q̄ odit̃.

Expeditus.a.ū.i.exolutus.lib. ꝓmptus. ⁊ dꝛ ab expedio.is. qꝺ idem eſt qꝺ liberare. explicare.exoluere. Itē expedire.i. ꝯuenire. vl' ꝓdeſſe vl' vtilē eſſe. ⁊ ſm ꝫ ſepe inuenitur impſonale Expedit. vt ibi. Expedit vobis vt vnus hō moꝛiat̃ ꝓ ꝑplo ne tota gens pereat.

Expenſe ſunt ſumptus volūtarij ⁊ non neceſſarij. ⁊ dꝛ expenſa quaſi extra penſas et debitum facta.

Experectus.a.ū.i.ꝑ ſe vigilans.

Expers.pertꝭ.ꝯ.t.i.imunis.ſine parte. Iñ expertiꝰ.a.ū.i.expers ſm Hugꝭ. Papias ꝟo dic̄. Expers.i.extra partē vl' patriam alienꝰ.extraneꝰ. Iñ expertia.i. extranea.

Expes.oīs.g. ⁊ defic̄ in obliq̄s.i.extra ſpē. vel ſine ſpe deſperatus. Unde Perſius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Donec decept⁹ ⁊ expes. Et eſt q̄nte decli.

Expilatores ſm Aço. in ſum. hi ſunt q̄ ex re
bus vacātis hereditatis aliq̄d ſurripiunt
⁊ expilant. de pe. di. j. aut facta .

Expinis. ꝯ. t. ⁊ h̄ ne. i. extra ſpinas. vel ſine
ſpinis. ⁊ dr̄ ab ex ⁊ ſpina.

Expiatio. onis. f. t. i. purgatio. pia actō. mū
datio Expiamen. pe. ꝑ. idem.

Expiatus. a. ū. i. mundatus .

Expletus. a. ū. i. finitus .

Explicatio. onis. f. t. eſt allegatio q̄ ſuppli/
cationē infirmat. ⁊ eſt actori ꝯtra reū . Vñ
replicatio eſt allegatio ꝯtra exceptionez. ⁊
adiuuat actorē. Et ſupplicatio ē allegatio
q̄ replicationem infirmat ⁊ reū adiuuat

Explicitus. ta. tum. i. extenſus. finit⁹ vl̄ ter=
minatus .

Exploſa. i. excluſa. c. inq̄ſitioni. d̄ ſen. excō .

Expolia. liē. f. p. prēda ſic dicta. ab expoli=
ando.

Expulſor. oris eſt aliq̄s expellens. Inde ex
pultrix. tricis. mulier expellens. ⁊ format̄
ab expulſor. ⁊ deberz dici expulſrix. ſʒ mu=
tatur s. in t .

Expunctor dr̄ ab expungo . Et expūctores
dicim⁹ eos q̄ expellunt alios ab hereditate
⁊ delēt noīa eoꝝ de tabula teſtamēti . Vel
eos ſic dicim⁹. qr in ſignādis ꝑerāt teſtamē
tis. ⁊ eoꝝ inſer ebant punctos q̄ erāt in he=
reditate. vel eoꝝ quotiēs expediebat auſe
rebant noīa q̄ erant exheredandi .

Exqueſtor eſt q̄ publice pecuuię ꝯgregādę
ꝯſuandę ⁊ q̄rendę officiū habebat. Vl̄ dr̄
ille qui q̄ſtoris deponit adminiſtrationez.
vt n o. Inſti. in ꝓhe. §. cūq̄ꝫ.

Exta ſunt medię pecoꝝ ꝑtes . inteſtia fibrę
ſm Pap̄. Scd̄m aūt Hugl . dr̄ h̄ extum ti.
inteſtinū. ⁊ dr̄ ab exeo. is. vel ab exto . as .
Vnde Ezech. xxj. Interrogauit idola ex=
ta conſuluit .

Extales ⁊ ani idem ſunt. i. vię alui purgādi
Vñ. j. Regl. v. Cōputreſcebāt ꝑminētes
extales eoꝝ. Qd̄ dicit Ioſephus factū fu=
iſſe ex violenta paſſione diſinterię. vt ⁊ pu
trefacta inteſtina egererent. Vnde mures
ebullientes de agris comedebant extales
eorum Et declinatur hic extalis. lis. ⁊ pro
ducit ta.

Extaſis. ſis. f. t. pe. cor. i. exceſſus mentis. ſ.
cū hō ponit̄ extra ſtatū ſuę mentis. ſicut in
articulo mortis. ⁊ dr̄ ab ex ⁊ ſtaſis quod ē
ſtatus. Vel ſm Pap̄. Extaſis eſt exceſſus
mentis q̄ fit pauore mentis vel aliq̄ reuela
tione. Item extaſis eſt q̄daz ſpēs metapla
ſmi. ⁊ eſt extenſio ſyllabę ꝯtra naturā vbi.
vt Italiam vado ꝓfugus. cū italiam cor.
ꝑma ſyllaba dici debeat. q̄ diaſtolę a q̄buſ=
dam dr̄. Vel extaſis eſt ꝓductō ſyllabę na
turalit̄ breuis. ⁊ interꝑtat̄ extēſio. ⁊ dr̄ ab
ex qd̄ eſt extra. ⁊ ſtaſis qd̄ eſt ſtatus. q̄ſi ex
tra ꝓpūm ſtatū poſitio. Et dr̄ extenſio ſyl=
labę. qr breuitas extendit̄ in longitudinez
Quidam tn̄ dicunt exthesis ab ex ⁊ theſis
poſitio. quaſi extra ſuam poſitionem

Exter. ra. rū. i. vltimus. vel extranę⁹. exter
nus. ⁊ dr̄ ab extra .

Externus. na. nū. i. alienus. Iñ externo. as
are. i. alienare.

Exterus. ra. rū. i. externus.

Extipex. ois. t. vel extiſpex. cis. i. augur q̄ i=
ſpicit exta.

Extollēs. tis. ois. ge. i. ſupb⁹. elat⁹. inſolēs
Iñ extollentia. i. ſupbia.

Extorris. ꝯ. t. i. expers. vel extra terrā poſi
tus exul. ⁊ ꝓꝑe expulſus de terra ſua vi. ⁊
dr̄ ab ex ⁊ terra. Vl̄ pōt cōponi ab ex ⁊ tor
ris. ⁊ dr̄ extorris. i. exul ꝓꝑe cui int̄dicebą
tur ignis patrię .

Ex traduce ſunt duę partes. ⁊ ex ꝑpoſitio .
traduce nomen. qd̄ eſt caſus ablatiui d̄ tra
dux. cis .

Extraneus. nea. neū. quaſi exterrane⁹. i. ex
tra terrā ſuam poſitus. ⁊ dr̄ ab extra.

Extraordinariū remediū eſt qd̄ ob aliquaz
cauſam extra vel vltra curſuz ſolitum ali=
cui datur. vt reſtitutio minori lęſo. vel ab=
ſenti cauſa iuſta neceſſaria vel ꝓbabili. ad
q̄ remedia nunq̄ꝫ recurrendū eſt q̄ꝫdiu re=
medio ordinario locus eſt ad qd̄ pōt habe
ri recurſus .

Extraordinariū iudiciū eſt coram delegato
vel qñ non ꝓcedit̄ in figura iudicij . ſed ex
officio iudicis in modum inq̄ſitiōis vl̄ de=
nunciatiōis. vide tex. iuncta glo . in. c. qm̄
contra. de ꝓba.

Extremus vel extim⁹. ab extra exterior ad=
uerbio. i. ꝑclarus. ꝑcellens. nouiſſimus

Extricabilis. ꝯ. t. ⁊ h̄ le. i. explicabil̄. ſolubi
lis. ⁊ ꝓducit tri. Vnde Virgilius in . vj .
ęnei. Hic labor illa dom⁹ ⁊ extricabil̄ error

Exuberis. ꝯ. t. ⁊ h̄ bere. dr̄ ab ex ⁊ vber pro
māma. Et dicunt̄ exuberes infantes q̄ ex=
tracti ſunt ab vbere .

Exul. lis. ꝯ. g. i. extra ſolum ꝓꝑrium poſit⁹
⁊ dicit̄ ab exulo. lis. remota o. Inde Exi=
lium. lij. quaſi extra ſolum ꝓꝑrium poſitō
extra terminū. ⁊ exulari⁹. ria. riū . q̄ exulat

Exultatio. onis. f. t. i. gaudium. Et differt a



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

leticia. qꝛ exultatio eſt ꝟboꝝ atq; mēbroꝝ leticia vero mentis gaudiū eſt.

Exutus. a. ū. i. ſpoliatꝰ. extractꝰ. expulſus.

Exuſtus. a. ū. i. cōbuſtus. de q̄ nihil ſupeſt.

Exuuię. arū. i. ſpolia. veſtes. indumēta. q̄a exuunt̄. Exuuię ꝛ induuię dicunt̄ tunicę ſpentum. qꝛ induunt̄ ꝛ exuunt̄ ſm Hug. Papias ꝟo dicit. Exuuię ſpolia occiſorū hoſtiū vel tunicę ſpentum.

Eçechias interp̄tat̄ fortꝭ dn̄s vł fortitudo domini.

Eçechiel interp̄tat̄ fortitudo dei. vel imperium dei.

## F ante A

In latinis dictionibꝰ ponimꝰ. vt fama filiꝰ. In gręcis ꝟo dictionibus ph. vt orpheus. pheton Scire tn̄ debes ꝙ non tam fixis labriſ eſt ꝓnuncianda f. quō ph. atq; hoc ſolum intereſt. ſicut dicit Priſcianus in p̄mo lib. maioris.

Faba fabę. dꝛ q̄ſi faga. a fagi qd̄ eſt comedere. Jn̄ Fabariꝰ. ria. riū. qd̄ fit de fabis. vel qd̄ ꝑtinet ad fabas. Et h̄ fabarius. i. cātor Et dicebant̄ apud gentiles cantores fabarij. qꝛ illo legumine maxime vtebant̄ in cibo. Et ꝑ cōpoſitionem hęc Fabafreſa. ſę. qꝛ eam hoīes frendēt. i. frangunt cū molēdo eam cōminuunt. Vel ſunt duę partes. ꝛ dꝛ freſus. a. ū. i. fractus a Frendeo. des.

Fabella. lę. dimi. i. parua fabula.

Faber. bri. dꝛ q̄ſi facer a faciendo ferꝝ. ꝛ dꝛ a facio. is. qꝛ faciēs ferrū. Hic etiā poſtea h̄ ꝟbum traductū eſt ad aliaꝝ reꝝ artificeſ ſcꝫ cū adiectione. vt faber lignariꝰ. faber carpentariꝰ. Jn̄ h̄ Faberculus. li. dimi. et hęc fabriſa. ſę. vxor fabri. Jn̄ hęc fabrilla lę. ꝛ fabercula lę. dimi. Inde ꝛ fabrica. cę. locus fabricandi. Item fab̄ componit̄ hic aurifab̄. bri. Item a faber. bri. dꝛ fab̄. bra. brū. i. ingenioſus. cautus. pulcer. cōpoſitꝰ Jn̄ Fabre adū. qd̄ componit̄ Fabrefactꝰ cta. ctum. i. artificioſe ꝛ ingenioſe factꝰ Et cōponit̄ Faber affaber. bra. brū. i. valdē faber. ꝛ etiam infaber. bra. brū. i. non faber. non pulcer. nec cōpoſitus.

Fab̄ lignarius dꝛ non ſolum q̄ ligna dolat. ſed generalit̄ omnis q̄ ędificat. ff. de ꝟ. ſig. l. fere. §. fabros.

Fabricenſes dicebant̄ q̄ erant deputati armis faciēdis. reparādis ꝛ vendēdis. vt. l. C. e. ti. li. xj. Sꝫ Jo. an. ď ſen. excō. ſi iudex li. vj. dicit ꝙ fabricēſis dꝛ q̄ publica arma facit. ꝛ i publicis fabricis ꝛ nō alibi. ꝛ dat p̄micerioꝛi vt reponat in publicꝭ armamētis. quorum brachia ſtigmate figurabant̄

Fabrateria. rię. i. ornatꝰ fabroꝝ. vł locꝰ vel domus vbi fabricę ſunt Vel Fabrateria. rię. eſt ciuitas cāpanię. Jn̄ fabraternꝰ. na. num. Noīa em̄ deſinentia in teria faciunt poſſeſſiuū in nus. r. p̄cedente.

Fabril̄. ꝯ. t. ꝛ h̄ le. pe. pō. i. ad fabricā pertinens. vel a fabro ꝑfectum

Fabula. lę. f. p. i. res q̄ nec vera eſt. nec veriſimil̄. Et fabula illa eſt vera. q̄ nihil ꝟitatꝭ habet in ſe. Et illa falſa eſt q̄ aliq̄d ꝟitatis in ſe ꝯtinet admixtuꝫ. Sic̄ em̄ eſt in amore modus nō habuiſſe modū. ſic eſt in fabula ꝟitatꝭ non habuiſſe ꝟitatem. ꝛ dꝛ fabula a fando. qꝛ in ſolo fatu ꝯſiſtit. Item fabula qn̄q; dꝛ hiſtoria ſimilit̄ a fando. qꝛ eam famur. quandoq; locutio. Inde fabuloſus. ſa. ſum. ꝛ h̄ ꝛ hęc fabularꝭ. ꝛ hoc re. Et hęc fabulo. onis. recitatoꝛ fabularum vł inuētoꝛ. Et fabuloꝛ. laris. id eſt fabulas dicere vel falſa.

Facetia. tię. i. curialitas. vrbanitas. elegantia. ſuauitas. ꝛ ꝓꝓe in factis. ꝛ dꝛ a facetꝰ.

Facetus. ta. tū. i. curialis. vrbanus. ꝓꝓe de doctrina. ꝛ ꝓꝓe in factis. ſ. q̄ iocos ꝛ luſus geſtis. ꝛ factis cōmodat. ꝛ cōpat̄. Ex autē dꝛ facetus quaſi fauens cętui. etymologia eſt.

Facies. ei. dꝛ a facio. cis. qꝛ facit noticiā hominis. vł qꝛ facta ſit a natura. Eſt em̄ facies naturał ꝛ certꝰ ꝛ immutabił oris habitꝰ Vultus ergo artificiał ꝛ varius eſt. ꝛ ſm affectionem animi mō triſtis mō lętꝰ Vnđ ſolet dici ꝙ facies facta eſt. vultus ꝟo fit. Vnde. Conſiſtit facies. ſed vultꝰ ſępe mutatur Inde faciecula. le. dimi. id eſt parua facies.

Facil̄. ꝯ. t. ꝛ h̄ le. qd̄ de facili pōt fieri vł ſine difficultate. Et vt dicit Grecilmꝰ. Dr̄ id facile qd̄ nō ḡuat ad faciendū. Cui non pōdus ineſt dꝛ eſſe leue. Oppoſitū facili ḡue dico leui q̄ꝫ pondus.

Facinus. noris. dꝛ a Facio. cis. Et differt a flagitio. Quicq̄d em̄ agit indomita cupiditas ad corrumpendū animū flagitiū vocatur. Sꝫ q̄cq̄d agit vt alteri noceat facinus dꝛ. Et hęc ſunt duo genera oīm peccatorū. Sed flagitia peioꝛa ſunt q̄ cū corruperint animū. ad facinoꝛa ꝓſilit̄. Sūt em̄ flagitia in dictis vel cogitationibꝰ. ſed facinoꝛa in factis. Vnde ꝛ illa dicunt̄ flagitia a flagitādo facere, qd̄ ſibi noceat. vel a flagitādo